



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Contractus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

cum est immemorabilis, aut saltem annorum  
quadraginta. *Vide Ang. Vers. eod. nu. 5.*

5. *Consuetum dicitur, seu solitum, quod bis  
factum est.*

\* *Tafon in l. De quibus. ff. de legib. nu. 51. duos a-  
ctus iudicarios notorios ad consuetudinem  
inducendam satis esse ait.*

*Contractus, vide Culpa, Debitum, Deposi-  
tum, Obligatio.*

1. **C**ontractus in quo seruatur Ius natura-  
le, validus est, etiam si desit Iuris huma-  
ni solemnitas, nisi lex ita irritet contractum,  
vt impediatur etiam dominij translationem, vt  
a pupillo: cui tamen Iudex illam per sententi-  
am rem attribuerit, licite illam tenet.

\* *Vide Testamentum 3. Sor. de hac re l. 4. q. 5. art.  
3. Salon. q. 5. de dominio ar. 4. Io. B. Cor. q. 84. Mol.  
d. 81. fuse differentem. Arrag. q. 62. Contractum  
iure humano nullum, nullum esse in consci-  
entia, docet Innoc. Couar. in c. cum esses de testa. num.  
5. & in reg. peccat. 2. p. 6. 3. Ledes. & Gomez. cit. a  
Mol. l. c. Contraria opinio placet Panor. And. de  
Butr. & alijs citatis a Couar. Syl. Testamentum. 1.  
nu. 5. Med. q. 23. de rest. in fine, Bannes pr. e. amb. ad q.  
62. pag. 100. in 2. 2. prima sententia placet Arrag.  
q. 62.*

Pupillo 3. Mol. l. c. col. 4. { Cui 3. Salon. l. c. conclus.  
4. 5. imò Iudex, vbi nouerit contractam esse  
nullam, talem illum declarare tenetur, & rem  
domi-

domino concedere *Salon. l. c. 5.*

2 Contractus minoris validatur iuramento, si sit doli capax, quidam tamen requirunt ætatem pubertatis.

\* *Ant. Gomez. t. 2. var. c. 14. nu. 18. Seraph. de priuil. iuram. priu. 83. Sanchez tit. 1. de matth. l. 6. d. 38. num. 13.*

3 Contractus maioris cum minore sine tutoris auctoritate maiorem obligat: minori integrum est non velle stare contractui, *Instit. de auct. tutor. in princ.*

4 Contractus qui communiter fit, & est Reip. utilis, condemnari non debet, nisi aperte constet esse illicitum; cum præsertim Resp. ex potestate quam habet in bona communia, credenda sit supplere si quid alioqui tali contractui desit.

5 Si dictum est in contractu, ut fiat aliquid secundum alterius partis arbitrium, æstimanda res est secundum arbitrium boni viri.

\* *Vide Syl. contractus nu. 8.*

6 Inductus dolo ad contractum spirituales, ut Religionem, vel matrimonium, tenetur: nisi dolus eiusmodi sit, ut eo etiam prudens decipi posset, tunc enim putandum defuisse omnino voluntatem contrahendi. In tempo. ib. verò est inualidus cōtractus, si ei dolus causam dedit. \* *Inductus Syl. culpa num. 8.*

In temporalibus Syl. l. c. nu. 9.

7 Contractus quiis factus ex metu iniu-  
stè

stè ad id inc. sso, inualidus est.

\* *Vide Syl. metus nu. 7.*

8 Post contractum donationis statim possunt conditiones apponi, quas voluerit donator.

9 Contractum celebratum inter ludentes aleis prohibitis, Ius irritat.

\* *Vide tit. ff. de aleatoribus.*

10 In contractu qui Italicè dicitur *Scommessa*, Hispanicè *Aposta*, Latinè *Sponsio*, cum scilicet, de re aliqua alius ait, alius negat, proposito pretio ei qui deprehendetur verum dixisse, non tenetur restituere, qui rem certò sciebat, si dolus abfuit. *Vide Med. c. de rebus restit. q. 22.*

\* De hoc contractu vide *Lopez lib. 2. c. 15. Garzias c. 42 Mol. d. 508.*

Si dolus contrariū docent, *Garzias, Mol. l. c.*

11 Consensus qui actui defuit, potest post aliud quod tempus adhiberi, & illum validare.

12 Contractus subditorum potest Princeps ex causa dissoluere.

13 Cum permutantur res inæqualis valoris, quæ sunt in diuersis locis, censentur permutantes donare quod excedit.

14 Tempus longum facit præsumi contractui adhibita omnia necessaria, etiamsi in instrumento non exprimantur.

15 Ex contractu prædecessoris facto nominatæ dignitatis, tenetur, qui in eo successit.

16 Contractus non irritatur ex eo, quod in Ecclesia celebretur.

\* *Vide*

\* *Vi*  
17 C  
ta à p  
vitiã  
fit im  
dem  
vitiã  
\* *Vi*  
num. 9  
18 Pa  
iam o  
let, eti  
bonor  
ramen  
contra  
\* *Vi*  
Bon  
num. 4  
19 Pa  
ægritu  
tenetu  
20 Pa  
præfix  
valet,  
plus v  
næ. *V*  
*Ang. co*  
21 Pa  
verifir  
tamen

\* *Vide Pan. in c. cum Ecclesia de immu. ecc. nu. 6.*

17 Conditio contra substantiam actus, posita à principio per vtrumque contrahentem, vitiat contractum. Quòd si non talis sit, sed sit impossibilis, aut turpis, in spiritualibus quidem rejicitur, in temporalibus communiter vitiat.

\* *Vide Syl. Vers. pactum. num. 10. Fum. eodem num. 9.*

18 Pactum de non reuocanda donatione, etiam ob integritudinem donatarij, non valet, etiam si firmetur iuramento, quia est cōtra bonos mores; etsi quidam putant firmari iuramento. At communis est opinio pactum contra bonos mores nec iuramento firmari.

\* *Vide Sylu. Pactum 12.*

Bonos mores } *Syl. l. c. nu. 8. Fum. Vers. eodem num. 4.*

19 Pacto seruiendi per annum obligatus, si ægritudine per tempus aliquod impeditur, nō tenetur supplere, sed stipendium minuere.

20 Pactum de non recuperando pignore, si præfixo tempore debitum non soluatur, non valet, nisi firmetur iuramento, aut pignus nō plus valet quàm debitum, aut fiat ratione pœnæ. *Vide glo. c. 7. de pign. \* Vide Syl. l. c. nu. 14. Ang. eod. nu. 18.*

21 Pactum de certa summa soluenda pro verisimili interesse lucri cessantis, deductis tamen expensis, laboribus, & periculis, lici-

tum est: quod etiam dicendum est de pacto de certa summa soluenda pro verisimili periculo, siue deinde sequatur, siue non.

22 Pactum iuratum non tollitur per clausulam generalem dicente, Non obstantibus, quibuscunque.

\* *Vide Ang. Vers. Statutum nu. 24. Syl. eod. 14.*

23 Pactum de futura successione, etiam iuramento firmatum, non valere, quia aufert testandi libertatem, quidam aiunt, alij negant: ego valere puto in conscientia, est enim velut donatio quaedam causa mortis, seu cum conditione, ut habeat effectum post mortem.

\* *Vide Syl. l. c. num. 11. Ange. Pactum. num. 13. aientem.*

*Contritio, vide Confessio, Peccatum.*

1 **C**ontritio est dolor de peccato, quia se Deo offensus Deus, cum proposito non peccandi de cetero.

2 Conteri tenetur quisque in actu requirente statum gratiae, adeoque in Sacramentorum ex officio administratione, itaque in mortis articulo.

\* *Nau. c. 1. num. 27. Fu. Vers. Contritio. Tol. l. 4. c. 9. nu. 10. vide Lopez p. 1. c. 10.*

3 Qui se mallet mortuum fuisse, quam Deum offendisse, videtur contritus, si procedit ex motivo charitatis. \* *Vide Lopez l. c.*

4 Attritio, id est, imperfectus de peccato dolor, sufficit cum Sacramento poenitentiae ad gratiam.